



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Constitvtiones Societatis Iesv**

**Ignacio <de Loyola>**

**Romae, 1570**

De Iis, Qvæ Ad Paupertatem, quæque eam consequuntur, pertinent. Cap.  
II.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68489](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68489)

persuadeat, si per Superiorem suum, vel cum eius consensu, quod optat, non obtinuerit, ne id quidem ad diuinum seruitium sibi conuenire; & si conuenit, cum Superioris consensu, vt qui Christi Domini nostri locum erga ipsum tenet, id se consecuturum.

DE IIS, QUÆ AD

Paupertatem, quæque eam consequuntur, pertinent.

Cap. II.

**P**AUPERITAS, vt murus Religionis firmus, diligenda & in sua puritate conseruanda est; quantum diuina gratia aspirate fieri poterit. Et quia humanæ naturæ hostis ad hoc propugnaculum ac refugium debilitandum (quod Deus Dominus noster Religionibus inspirauit contra illum, aliosq; religiosæ perfectionis aduersarios) eniti solet, ea, quæ à primis Fundatoribus bene ordinata fuerant, immutare; per declarationes, vel innouationes, primo illorum spiritui minimè consentaneas: vt quod in nobis situm fuerit, hac parte Societati prospiciamus: Quicumq; in ea professionem emiserint, se ad innouationem Constitutionum in ijs, quæ ad Paupertatem pertinet, nihil facturos promittant; nisi aliquo modo pro

IN CAP. II.

¶ Innouari, quod ad paupertatem attinet, est relaxari ad red-

¶ iij rerum

ad redditus, vel possessionem vllā in propriū vsū, vel ad sacristiam, vel ad fabricam, vel ad aliquem alium finem præter id, quod ad Collegia, & Domos probationum attinet, admittendum.

Et ne in re, quæ tantum habet momenti, Constitutiones mutentur; post emissam professionem vnusquisque

promittat coram Præposito Generali, & ijs, qui apud eum erunt; offeratque in conspectu Creatoris & Domini nostri, quòd nunquam assentietur, vel quidquam agat ad immutandum quod ad Paupertatem in Constitutionibus pertinet; nec in conuentu totius Societatis congregatæ, nec per seipsum vlla ratione id curando.

B ¶ Si aliquis ex Fundatoribus Domorū vel Ecclesiarū vellet redditus aliquos ad fabricę usum relinquere; dūmodo nec dispositio eorū ad Societatē pertineat, nec sit, unde ei cōpetat actio in illos (quāuis id illi curæ esset, vt is, cui tale munus cōmissum est, suum officiū faceret) et sic in rebus similibus; nō esset id à paupertate Societatis alienū.

C ¶ In

rerum occurrētium ratione, eam in Domino magis restringēdam iudicarent.

In Domibus, vel Ecclesijs, quæ à Societate ad auxilium animarum admittentur, \* redditus nulli, ne sacristiæ quidem, aut fabricæ applicati haberi possint: sed neq; vlla alia ratione, ita, vt penes Societatem eorum sit vlla dispēsatio: sed in solo Deo, cui per ipsius gratiā ea inseruit, fiducia cōstituatur; sine redditibus vllis ipsum nobis prospecturū de rebus omnibus cōuenientibus ad ipsius maiorem laudē & gloriā.

Professi

C \* Professi viuant ex eleemosynis, in Domibus, cum aliquò nò mittuntur: nec officium Rectorum ordinariũ in Collegijs, vel Vniuersitatibus Societatis habeant (nisi ipsarum necessitas, vel magna vtilitas id exigeret)

D \* nec redditibus eorum in Domibus vtantur.

Coad-

tare autem diu etiam possent, cum necessariũ aut cõueniens ad ipsius Collegij, vel Vniuersitatis bonum id esset; ut si ad gubernationem studiorum essent necessarij; vel si legerent, aut in spiritualibus exercitijs confessionum & concionum, ad Scholasticos, qui id præstare deberent, subleuandos, vel ad id demum, quod ipsi non possunt, præstandum, occuparentur; vel si ad visitanda & dirigenda huiusmodi Collegia, vel Vniuersitates mitterentur: quando etiam necessarium aut conueniens ad vniuersale bonum id videretur; vt si aliquis cum expressa facultate Præpositi Generalis scribendi gratia per tempus aliquod, se eò reciperet.

D Res minime ducuntur pro nihilo; et ita ad scrupulos eximendos declaratur vbi Rector eum, qui iter per ipsius Collegium haberet, ac viatico egeret, viatico aliquo, ac eleemosyna prosequeretur, recipi eam posse. Quòd autem Collegia suppleant aliquos sumptus, quos si ipsa non facerent, factura essent domus, si possent, vt vestitum & viaticum eis, qui ad Collegia ex domibus mit-

K iij tuntur,

C ¶ In Collegijs Professos non habitare; intelligitur, diu in eis manendo: quamuis, dum aliò iter faciunt, diè aliquem, vel tempus congruum in eis manere possint: habi-

*titur, providere: quamvis id sit, aut esse videatur Domum iuare; non tamen est contra intentionem huius Constitutionis, quæ cauet, ne Collegiorum redditibus ad victum, & vestitum, & alias expensas proprias Domus iuatur. Sic etiam intelligitur contra Constitutionem non esse, quod in aliquo horum Collegij aliquid recreationis infirmi, vel sani, qui sunt in Domibus, sumant; dum tamen expensis Collegij, quamdiu sunt in Domibus, non alatur: & tantundem de rebus similibus potest iudicari.*

*E § Quia, ut in litteris Apostolicis dicitur, non est habitura Societas ius civile ad rem ullam stabilem, nisi ad ipsius habitationem & usum esset opportuna: quidquid stabile illi datum fuerit; teneatur eo, quam primum poterit, se exuere, ac vendere; ut pauperibus Societatis, vel externis sua in penuria subueniatur.*

*Quamuis hoc ita se habeat; temporis tamen opportunitas ad vendendum non est excludenda. Et hoc intelligatur,*

*Coadiutores, quamdiu in Domibus erunt, quæ ex eleemosynis viuunt, & ipsi eodem modo viuunt: In Collegijs, si Rectores fuerint, vel Lectores, aut alioqui in rebus necessarijs, vel valde conuenientibus eisdem Collegijs utiles fuerint, viuunt sicut reliqui, ex eorum redditibus, quamdiu eorum opera Collegia indigebunt. Cum autem desierint utiles esse Collegijs, desinunt in eis habitare; & in Domibus Societatis, ut de Professis est dictum, habitabunt.*

*Non solum redditus, \* sed nec E possessiones ullas habeant in particulari*

particulari nec in cōmuni Domus  
vel Ecclesiæ Societatis, præter-  
quam quod ad habitationem,  
vel vsum necessarium eis, aut  
valde conueniens fuerit; cuius-  
modi duceretur; si in vsum con-  
ualescentium, vel eorum qui, vt  
rebus spiritualibus vacent, se ab  
hominum frequentia recipiunt,  
locus aliquis à communi habita-  
tione separatus, qui aere salu-  
briori, & alijs commodis polle-  
ret, admitteretur; & tunc huius-  
modi ille sit, vt nec alijs locetur,  
F \* nec fructus, qui reddituum lo-  
co esse possint, habeat.

6 Quamuis ad bona & sancta  
opera, & maximè perpetuo du-  
ratura incitare laudabile sit; ob  
maiolem  
vel si fructus, & olera ex hortis venderentur; quorum  
nihil licebit. Quamuis fructibus, aut parte ipsorum ad  
commodum domus suæ vti possint: si tamen Societas co-  
lonum aliquem, vel secularem hominē haberet, qui hor-  
tis vel agris, quos dicta Domus habent, præesset; non es-  
set etiam ei prohibendum, ne ad priuatam suam vtilitatē,  
quod videretur conuenire, ex dictis, faceret: dummodo  
tunc nec ad Domos nec ad particulares personas Societa-  
tis vtilitas interim vlla perueniret.

tur, cūm res illa  
stabilis necessaria  
non est ad Domus  
vsum, vt aliqua  
ex superius memo-  
ratis. Aliarum re-  
rum mobilium, vt  
pecuniarum, vel  
librorum, vel ea-  
rum, quæ ad victū  
& vestitum perti-  
neant, potest in cō-  
muni Societas pro-  
prietatē ad vsum  
suum habere.

F § Huiusmo-  
di essent, si vini,  
vel olei, vel tritici  
prouentū dictæ pos-  
siones ferrent;

G § Quamuis

maïorem tamen ædificationem nullus de Societate debet, nec potest quemquam ad eleemosynas perpetuas Domibus vel Ecclesiis eiusdem Societatis relinquendas incitare: & si aliqui sponte sua eas relinquere; nullum ius ciuile ad eas petendas in iudicio adquiratur. Sed, cum ad id charitas propter Deum eos mouerit, tunc eas elargiantur.

**G** *¶ Quamuis quicumque voluerint, Domum vel Ecclesiam eleemosynis iuuare possint (siue in spiritualibus ipsi ab ea iuuentur, siue non) tamen nõ debet quidquam accipi tanquam stipendium, vel eleemosyna pro ijs, quæ ob solum Christi domini nostri obsequium eis communicantur; ita, ut hoc detur, aut accipiat pro illo.*

**H** *¶ Intel-*

*fections, & reliqua spiritualia ad eam conueniunt, conijci*

Omnes, qui sub obedientia sunt Societatis, \* meminerint se gratis dare debere, quæ graus acceperunt, nec postulando, nec admittendo stipendium, vel eleemosynas vllas, quibus Missæ, vel confessiones, vel prædicationes, vel lectiones, vel visitationes, vel quoduis aliud officium ex ijs, quæ Societas iuxta nostrum Institutum exercere potest, compensari videatur: vt sic maiori cum libertate possit & proximorum ædificatione, in diuino seruitio procedere.

Vt omnis auaritiæ species euitetur, præcipue in pijs ministerijs, quibus ad animarum auxilium Societas vitur; nulla sit in Ecclesia arca, in quâ eleemosynæ ab ijs, qui ad cõciones, missas, vel confessiones, & reliqua spiritualia ad eam conueniunt, conijci

, conijci solent.

9 Eadem de causa munuscula, quæ Magnatibus ad res maiores ab ipsis obtinendas offerri solent, ne offerantur; nec huiusmodi primarios viros inuisere nostri consuescant, nisi sancto studio piorum operum ducerentur; vel quando intima beneuolentia in Domino tam essent coniuncti, ut huiusmodi officium aliquoties eis deberi videretur.

10 Parati sint ad mendicandum ostiatim, quando uel obedientia, uel necessitas id exiget. Et sit vnus, vel plures ad eleemosynas petendas, quibus personæ Societatis sustententur, destinati; quas eleemosynas simpliciter amore Domini nostri petent.

H \* Vt nihil proprium domi tene-  
11 neri, ita nec foris apud alios potest. Et quisque ijs, quæ de comuni data fuerint ad usum suum necessarium aut conuenientem, refecatis superfluis, sit contentus.

H § Intelligendum est hoc absolute de Professis, & Coadiutoribus formatis. Ceterum in Scholasticis, &

Quo alijs, qui tempus probationis nondum expleuerunt, hoc intelligi debet de rebus ijs, quæ in presentia subsint eius dispositioni. Nihil enim horum habere debent, nisi consensu & approbante Superiore. Neque vero sermo est de bonis, quæ forte procul inde illi habent, de domibus scilicet, vel rebus alijs: sed, quod ad hæc attinet, parati etiam esse debebunt, ut illis se abdicent, quando cunque Superiori videretur; ut in Examine dictum est.



Quo melius Paupertatis puritas, & quies illa, 14  
quam secum affert, conseruetur; non solum parti-  
culares Professi, vel Coadiutores formati haredi-  
tariæ successionis nō erunt capaces; verum nec Do-  
mus, nec Ecclesiæ, nec Collegia eorum ratione.  
Sic enim, omnibus litibus & controuersijs præci-  
sis, charitas cum omnibus ad Dei gloriam melius  
conseruabitur.

Quando Summus Pontifex, vel Superior huius- 13  
modi Professos, vel Coadiutores ad laborandum in  
vineam Domini mittet; nullum viaticum petere  
possint, sed se liberaliter repre-

I ¶ *Id est pe-*  
*dites, vel equites*  
*cum pecunijs, vel*  
*sine illis: & omni*  
*no parati esse debe-*  
*bunt ad id facien-*  
*dum, quod is,*  
*qui mittit, magis*  
*conuenire, & ad*

sentent, \* vt mittantur, prout I  
illis ad maiorem Dei gloriam fo-  
re videbitur.

Vt in hac etiam parte modo 14  
consentaneo debitæ paupertati  
procedatur, \* nullum in Domi- K  
bus Societatis iumentum ad æ-  
quitandum ad vsum alicuius de  
ipsa  
maio rem adificationem vniuersalem fore iudicauerit.

K ¶ *Nisi id fieret propter aduersam valetudinem cōti-*  
*nuam, uel necessitatē vrgentem propter publica negotia,*  
*præcipue in amplis populis. Tunc enim potius vniuersa-*  
*lis boni, & sanitatis nostrorum, quàm tēporis definiti, aut*  
*perpetui, quàmq; suis vel alienis pedibus incedendi, ratio*  
*est habenda; intuendo semper quod necessariū et honestū*  
*sit, & nulla ratione quod ad pompam vllam pertineat.*

L ¶ *Vel*

11 ipsa Societate ( siue Præpositus, siue subditus, ille sit ) ordinariè habebitur .

15 In vestitus itidem ratione tria obseruentur ; Primum, vt honestus ille sit ; Alterum, \* vt ad vsum loci, in quo viuatur, accommodatus ; Tertium, vt professioni paupertatis non repugnet.

13 M \* Videretur autem repugnare, si sericis, vel preciosis pannis uteremur ; à quibus abstinendum est ; vt in omnibus humilitatis & submissionis, debita ad maiorem Dei gloriam ratio habeatur .

14 K 16 In ijs, quæ ad rationem victus, somni, ac vsus reliquarum rerum vitæ necessariorum, uel conuenientium spectant, \* quamuis

men, indueretur : sed ad ordinarium vestiendi modum eis uti non debent . Est nihilominus considerandum, quòd non omnes eisdem viribus naturalibus, nec sanitate corporis, nec ætate ad eam conuenienti pollent : atque ita iuxta maius particulare bonum huiusmodi personarum, & vniuersale aliarum multarum, id considerandum est, &, quoadeius fieri poterit, ad maiorem Dei gloriam providendum .

L ¶ Vel saltem quòd omnino non recedat.

M ¶ Hoc intelligendum est in ijs, quibus Domus nouas vestes prouidet . Non tamen repugnat, quòd qui Societatem ingrediuntur, si panno preciosiore, aut re simili induti uenerunt, eo uti possint ; nec etiam, si in occurrenti aliqua occasione, uel necessitate quis uestibus melioribus, honestis ta-

N ¶ In par-

**N** In particularibus si magis vel minus necessarium erit iuxta circumstantias personarum, relinquatur discretioni eorum, qui ipsis præ sunt; ut, quemadmodum eis conueniet, provideant.

\*quamuis cõmunis illa sit, minimeq; diuersa ab eo, quod Medicus illius loci, in quo uiuitur, iudicabit, ita, ut quod quisque sibi inde subtraxerit, ex deuotione, non ex obligatione subtrahat; habenda tamen semper erit ratio humilitatis, paupertatis, ac spiritualis ædificationis; quæ semper nobis in Domino ob oculos uersari debet.

DE IIS REBUS, IN  
quibus occupari, & à quibus abstinere debent qui in Societate  
sunt. Cap. III.

**Q**VONIAM habita ratione temporis, ac approbationis uitæ, quæ expectatur, ut aliqui ad professionem, uel in Coadiutores formatos in Societate admittantur, tanquam certum ducitur, eos uiros spirituales futuros; & qui sic in uia Christi Domini nostri profecerint, ut per eam currere possint, quantum corporis ualetudo & externæ occupationes charitatis atque obedientiæ permittent: non uideatur in ijs, quæ ad orationem, meditationem, & studium pertinent, ut nec in corporali exercitatione ieiuniorum, uigiliarum, aut aliarum rerum ad austeritatem uel corporis castigationem spectantium